2 vt illæ auferantur. At † ſi feudũ ob culpam, vel delictum vaſalli ad dominũ vel agnatos deuoluatur: tũc vaſallus ſicut feudo, ita etiam meliorationibus cadit. cap. 1. §. ſi vaſallus, hic finit lex tit. 28. lib. 2. F. Viuius in theſaur. commun. opin. verb. melioramenta Burſat. conſ. 43. nu. 19. & conſ. 76. num. 36. & conſ. 86. nu. 34. vol. 1. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 113. & Schrader. in tract. feud. part. partis 9. princ. ſect. 2. nu. 16. cum ſeqq. D. Bocer. claſſ. 5. diſput. 20. the. 157. & 160. late Roſenthal. in tract. iuris feud. cap. 10. concluſ. 43. nu. 2. & ſeqq. *Harprec.*

b *Spectant*] Adde cõmune, & etiam per Foll. in deciſ. Peruſ. 24. & vide in collect. mea comm. opin. in verb. melioramẽta. nu. 7. *Giach.*

c *In electione domini.*] In meliorantibus voluntarijs, idem commune Foller. dec. 34. & vide in d. collect. mea commun. opin. 8. & adde per Guid. Pap. dec. 196. Dec. in cõſ. 58. & per eund. Guid. deciſ. 438. qui diſtinguunt caſus, vide eos. *Giach.*

d *Aeſtimari.*] Et quod melioramentorum æſtimatio fieri debeat ſecundum tempus reſtitutionis non autem ſecundum illud tempus, in quo facta fuerit: commune dixi, &

b *melioramenta ſpectant* [b] *ad ipſum vaſallum. Et hanc concluſionem ſequuntur omnes Doct. vt dicit Alu. in cap. 1. §. ſi quis de manſo poſt nu. 5. de controu. inueſt. Erit tamen in electio-*
c *ne* [c] *domini, vel ſoluere vaſallo æſtimationem ipſorum melioramentorum, vel pati, quod ædificiũ tollatur. De hoc eſt text. expreſſus in c. 1. §. vaſallus. in titulo, hic finitur lex.*

2 *Sed quæro, nunquid erunt æſtimanda melioramenta iuxta valorẽ ædificij conſiſtentis, an autẽ debeãt æſtimari rudera, et materies, quæ ex ipſo ædificio diruto vẽdi poſſet? Reſp. Bald. in d. §. ſi vaſallus nu. 4. in ſimili quæſt. tenet, quod debet æſtima-*
d *ri* [d] *valor ipſorum melioramentorum, non autem ædificij diruti, & ſubdit, quod ita ſeruat cõſuetudo. Idem etiã dicit Bal. in Auth. excipitur poſt nu. 2. C. de bonis quæ libe. quem refert Molin. in cõſuet. Pariſ. feud. §. 1. gl. 5. num. 98. Reperio tamen Berouũ q. 69. poſt nu. 4. verſ. Si vero feudũ. dicentẽ, quod magis cõmunis opinio eſt, quod æſtimẽtur rudera, & ædificium dirutũ. Sed dubito, quod in hoc ipſe Berous verũ non dicat. Et ita Molin. in d. gl. 5. nu. 98. dicit, quod Scribentes ſequuntur Bald. cuius opin. iudicio meo æquior eſt, & illã ego ſequerer in iudicãdo, ſi caſus cõtingeret.*

3 *Item quæro, an incrementum* [e] *contingens in re feudali ſit ipſius feudatarij, an autẽ domini directi? Reſpond. diſtinguendum eſſe inter incrementũ diſcretũ, & incrementũ latens. Nã ſi ſit incrementũ diſcretũ, puta, inſula in flumine nata è regione fundi feudalis, hoc acquiritur domino directi. Si vero eſt incrementũ latens, puta, id quod per alluuionem accedit in fundo feudali, hoc pertinet ad vaſallum. Ita dicit gl. in d. §. ſi quis de manſo. in verb. Reſeruauerit. quæ eſt cõmuniter approbata, vt dicit Ruin. conſ. 7. nu. 12. in fin. lib. 1. Hæc tamen reſolutio mihi non multũ ſatisfacit, quia cũ proprietas feudi ſit domini directi, quidquid illi accedit, deberet accreſcere domino, niſi aliter ex tenore ipſius inueſtituræ appareret, propterea forte æquius eſſet dicere, quod omne incrementũ accedens feudo, abſque induſtria vaſalli, reſpectu proprietatis acquiritur domino directi, reſpectu vero vtilis dominij acquiritur vaſallo. Cogita.*

4 *Sed quid de ſeruitutibus, quas ipſe vaſallus pretio acquiſiuit in beneficium rei feudalis? Reſpon. quod ſeruitutes, & alia iura inſeparabilia accedunt feudo, & rem feudalem ſequuntur, & conſequenter finito feudo, vna cum illo ad dominum directum pertinent, non autem ad hæredes vaſalli, ad quos feudum non tranſit, & in hoc omnes conueniunt, vt ait Berous in d. quæſt. 96. num. 6. dicit Alu. in d. §. ſi quis de manſo poſt num. 5. quod hanc concluſionem ſequuntur omnes Doct.*

5 *Sed pone, Princeps habens caſtrum ſine iuriſdictione, illud conceſſit Titio in feudũ, poſtea Titius acquiſiuit iuriſdictionem ab alio, nunquid ipſa iuriſdictio accreſcit feudo? Reſpon. quod non, ſed finito feudo erit vaſalli, vel eius hæredũ. Ita dicit Bal. in cap. 1. §. cõtrario. nu. 4. de inueſt. de re alien. facta, & eſt communis opin. vt ait Ruin. conſ. 14. poſt princ. lib. 1. Eſt enim iuriſdictio quid ſeparatum ab ipſo caſtro, & quod per ſe ſubſiſtere poteſt, ideo feudo non accreſcit.*

vide in collect. mea cõm. opin. ſub nu. 5. *Giach.*

e *An incrementum contingens in re feudali ſit ipſius feudatarij.*] Incre-
3 mentũ † in re feudali cõtingẽs num ad ipſũ vaſallũ, an vero ad dominum fundi pertineat, poſt Clarũ noſtrũ, & alios plures, exquiſite declarãt Roſenthal. d. cap. 10. cõcluſ. 44. & Bocerus in tract. de iure & commodo ſenioris, &c. lib. 3. c. 3. Et repeti poterũt hic ea, quæ cõſignauimus ſupra in §. emphyteuſis, ad q. 41. *Harprec.*

## QVAESTIO LXXXIX.

*SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *Quæ actio competat in feudo.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ actiones feudi nomine competant, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a *Quæ actio cõpetat pro feudo.*] De † actio-
1 nibus ob feudum competentibus, poſt Clarum noſtrum, accurate diſſertant Ioan. Borcholt. in Cõmentar. in conſuetud. feudor. cap. 9. D. Bocer. claſſ. 5. diſput. 21. th. 4. & ſeqq edit. 2. Vulteius lib. 2. de feud. c. 1. Hẽricus à Roſenthal. in tract. iuris feudal. cap. 12. concluſio. 11. & ſeqq. alijque plurimi, per hunc commemorati. *Harprec.*

QVAEST. LXXXIX.

1 *Qværo, quæ actio* [a] *competat pro feudo? Reſp. quod*
a *pro feudo datur condictio ex lege, vel ex conſuetudine: & ad hoc allegatur Bar. in l. 1. nu. 11. C. de iure emphy. qui tamen loquitur in emphyteuſi. Et ita cõmuniter teneri atteſtatur Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quinimò. nu. 17. ff. de pact. Tu dic, quod ſi vaſallus fuit inductus in actualem poſſeſſionem feudi, competit ei vtilis rei vendicatio, nedum cõtra extraneum, ſed etiã contra ipſum dominum directum: ſi vero illi tantum facta eſt promiſſio de inueſtiendo, tunc ſi eſt vallata ſtipulatione, competit actio ex ſtipulato; ſi autem non eſt vallata ſtipulatione, competit condictio ex moribus. Et ita eſt cõmunis opin. vt ait Curt. iun. de feud. in 1. parte principali, q. 10.*

## QVAESTIO XC.

SVMMARIA.

Ex Caro.

1 *Quis ſit Iudex competenti in cauſis feudalibus, inter dominũ, & vaſallum.*
2 *Et quomodo eligantur pares curiæ.*
3 *Et an pares curiæ cogi poſſint ad iudicandum.*
4 *Et an pares curiæ cognoſcant inter dominum laicum, & vaſallum clericum.*
5 *Et quis ſit Iudex inter ipſos vaſallos ſuper feudo litigantes.*
6 *Et an iuriſdictio domini inter vaſallos ſit ordinaria, vel delegata.*
7 *Et quid ſi alter eorum neget ſe eſſe vaſallum.*
8 *Et quid ſi dominus ſit laicus, & vaſalli ſint clerici.*
9 *Et quid ſi inter ipſos agatur tantummodo de poſſeſſione ipſius feudi?*
10 *Et an vaſalli litigantes ſuper feudo poſſint prorogare iuriſdictionem alterius, vt ſit Iudex inter ipſos ſine licẽtia domini.*
11 *Et quis cognoſcat in cauſa appellationis interpoſita à ſententia inter ipſos lata per dominum.*

Ex Additionibus.

1 *In controueſtis feudalibus quis iudex ſit competens, remiſſiue.*

A D-



ADDITIONES.

a *Sit Iudex.*] Et generaliter qui debeant eſſe Iudices in cauſa feudi, vide per Iaco. eo. tract. verb. & dicti vaſalli. ſub nu. 1. Sed an cognoſcens de cauſa feudali debeat ſeruare ordinem iudiciorum? vide per eundẽ eod. tract. verb. dicti inueſtiti. nu. 25. dicit, quod ſolus Imperator iudicat, vt Deus, per Menoch. reſponſ. cauſæ fin. *Giach.*

*Quis ſit iudex competẽs in cauſis feudalibus.*] In
1 controuerſijs † feudalibus quis iudex ſit competens, poſt Clarum noſtrum, & ab eo recenſitos, abunde explicant Ludolph. Schrader. in tract. feud. part. 10. ſect. 5. & 6. Borcholt. in Commentar. in conſuet. feud. cap. 10. Vult. lib. 2. de feud. cap. 2. Roſenthal. in tractat. iuris feud. cap. 12. concluſ. 1. & ſeqq. Bocer. claſſ. 5. diſp. 21. the. 20. cũ ſeqq. & Paulus Berens diſp. feudal. vltim. per tot. *Harprec.*

b *Pares curiæ.*] Verũ pares curiæ qui dicantur, vide per Iac. in ſuis quæſtionibus feudalib. nu. 40. in eod. verb. Et dicti uaſalli. ſub nu. 9. Et an poſſint conſtituere locum tenentem? uide pe eundem ibi. nu. 11. Et an debeant iurare de recte iudicando; uide per eundem ibid. numer. 12. pro & contra. *Giach.*

c *Feloniæ.*] Hic cadit pulcherrima dubitatio, An pactum, quod propter feloniam feudum non perdatur, valeat? vide, atque dic, vt per Iac. in ſuis quæſtionib. feudalib. q. 6. nu. 11. Et circa q. auctoris vide fuſius per Iacob. eod. verb. & dicti vaſalli. ſub nu. 23. & 24. *Giach.*

d *Aut barones.*] Adde, & vide per Iac. vbi ſupra in princ. *Giach.*

e *Inter vaſallos.*] Adde, & vide per Iac. ibid. verb. Aut quæſtio vbi facit tres caſus. *Giach.*

f *Pares curiæ.*] Hic cadunt pulcherrimæ dubitationes. Prima, nunquid iſti pares poſſint recuſari vti ſuſpecti? vide per Iac. vbi ſupra numer. 17. Secunda an coram ipſis habeat locum reconuentio de alia cauſa, quam feu-



QVÆST. XC.

1 *Qværo, quis ſit Iudex* [a] *competens in cauſis feudali-*
a *bus? Reſp. quod ſi eſt controuerſia ſuper feudo inter dominũ, & vaſallum, eo ca-*
b *ſu eliguntur pares* [b] *curiæ, qui in cauſa ipſa iudicant. Tex. eſt in cap. 1. §. præterea ſi inter. de prohib. feud. alie. per Frideric.*

2 *Sed quomodo eligentur iſti pares, curiæ? Reſp. quod primo dominus eliget vnũm, vel plures, quot voluerit, & deinde vaſallus eliget totidem iuxta numerum a domino comprobatum. Ita dicit gl. in d. §. præterea ſi inter. in verbo, pares curiæ. & Bal. in c. 1. in primis verbis, de controuer. feud. apud par. termin. Et ita volunt communiter Doct. vt dicit Iac. de feud. in verb. Et dicti vaſalli, poſt nu. 10. verſ. Quæro etiam.*

3 *Sed an iſti pares curiæ poterunt cogi ad iudicandum? Reſp. quod ſic. Et ita volunt omnes Doct. vt ait Iac. in verbo, Et dicti vaſalli. nu. 14.*

4 *Sed quid ſi dominus ſit laicus, & vaſallus ſit clericus, nunquid pares curiæ poterunt cognoſcere, an ipſe clericus ſit priuandus feudo occaſione fe-*
c *loniæ,* [c] *vel delicti? Reſp. quod ſic. Ita tenent Innoc. in c. verũ de foro compet. quam ſequuntur communiter Scribentes, vt dicit Alexan. conſil. 59. circa princ. lib. 1. Ripa in c. decernimus, poſt nu. 21. verſ. Intellige de iudicijs. Nam reſpectu feudi, vt inferius dicam clericus, & Eccleſia laicis ſubijciũtur.*

5 *Si vero ſit quæſtio inter ipſos uaſallos ſuper feudo, tunc aut iſti uaſalli ſunt Duces, Co-*
d *mites, aut* [d] *Barones, & ſic immediate ſubiecti Imperatori: & ſolus Imper. inter eos iudicat, Tex. eſt in c. 1. apud quem, uel quos controuerſ. feud. &c. Et dicit Cur. iun. de feud. in 7. p. in 1. reg. quod omnes Feudiſtæ ita determinant. Aut uero*
e *eſt cõtentio inter uaſallos* [e] *inferiores, & ſiquidẽ controuerſia nõ eſt ſuper ipſo feudo, uel re feudali, dominus non eſt Iudex inter ipſos. Ita dicunt cõmuniter Can. ut ait Curt. iun. in d. 7. par. in 2. reg. uerſ. Septimo fallit. Si uero contentio eſt ſuper feudo, tunc dominus directus eſt Iudex competens inter ipſos. Tex. eſt in d. c. 1. §. præterea ſi inter.*

6 *Sed nunquid hoc caſu iuriſdictio ipſius domini inter uaſallos dicitur ordinaria, uel delegata? Reſp. quod reſpectu cauſæ concernentis ipſam rem feudalem dominus habet inter uaſallos iuriſdictionem ordinariam, & iſta eſt communis opi. vt dicit Curt. iun. in d. 7. par. in 2. regul. q. 8. Cum. n. talis iuriſdictio ſit a lege collata, merito dici debet ordinaria.*

7 *Sed pone, quod contra dominum volentem inter vaſallos de feudo cognoſcere, vnus ex ipſis opponat declinatoriam. puta, quia conuentus neget ſe eſſe vaſallum, nunquid ipſe dominus poterit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio? Reſp. quod non, ſed ſuper hoc cognoſcet Iudex ordinarius, qui deinde comperto, quod iſte conuentus ſit vaſallus, remittit cauſam ipſi domino decidendam. Ita tenet gl. in c. 1. in gl. fi. de inue. in mari. fact. & eſt communis opin. vt dicit Curt. iun. in d. 7. par. in 2. reg. q. 7. quæ tamen in puncto iuris non tranſit ſine difficultate. Et videmus, quod de iure communi Iudex, corã quo opponitur declaratoria, ſemper cognoſcit, an iuriſdictio ſit ſua, vel ne: tamen propter auctoritatem gl. & Doct. difficile eſſet in pratica obtinere contrarium, maxime, quia reuera maius eſt intereſſe domini, qui cognoſcere, & iudicare debet, an aliquis ſit ſuus vaſall. quã Iudicis ordinarij, qui nõ tractat niſi de commodo ſportularum. Quidquid ſit, vbi iſte excipiens eſſet in quaſi poſſeſſione, vaſallagij omnino inclinarem in ſententiam, quod dominus ipſe cognoſceret, vel ſal-*
f *tem pars* [f] *curiæ, non autem Iudex ordinarius.*

8 *Et hæc quidem concluſio, quod ſ. inter vaſallos de feudo litigantes dominus ſit Iudex ordinarius, de plano procedit, quando vaſalli ſunt laici. Sed quid ſi vaſalli ſint clerici, & dominus ſit laicus? Reſp. quod adhuc ipſe dominus eſt eorũ*
g *Iudex* [g] *ordinarius. Et iſta eſt comm. op. vt dicit Mari. in c. ex tranſmiſſa. in 5. limit. de foro compet. Fel. in c. verũ, poſt nu. 3. verſ. tenent Modern. de foro compet. Cur. iun. d. 2. reg. in 2. q. Iac. de feu. in verb. Et d. vaſalli, nu. 3. Nã vt dixi, ratione feudi Eccleſia, & clerici domiuo laico ſubijciuntur prout etiã eſſe comm. op. teſtatur Dec. in c. ceterũ nu. 20. de iud. Et ita de cõſuetudine ſeruatur, quod Iudex laicus cognoſcit de re feudali inter clericos, prout de ipſa cõſuetudine atteſtatur Arch. in c. vnico. de cler. coniug. in 6. Et ita ſeruat Parlamentũ Delphinale, vt refert Guid. Pap. dec. 139. n. 1. in fi. Bene verũ eſt, quod hæc op. aliquãdo non placuit Doct. Can. quorũ multi tenuerunt, quod clerici non mutant forũ in cauſa feudal. Et ita hanc eſſe comm. op. Doct. Can. atteſtatur Guid. Pap. in allegata deciſ. 139. in primis verbis, ſed hodie alia op. eſt magis comm. Legiſt. & Cano. & ideo ſequẽda, ſaluo ſemper iudicio ſanctæ Eccleſiæ. Et ita ſeruat Senatus.*

9 *Quæ quidem opi. modicũ habet difficultatẽ, quando inter iſtos vaſallos clericos agitnr de proprietate ipſius feudi, & ſic de ipſo feudo. Sed quod ſi agatur de poſſeſſorio, & ſic ſolũ de poſſeſſione ipſius feudi? Reſp. Gl. in d. c. ceterũ verb. Quãdiu parati. de iudic. tenuit, quod eo caſu iudiciũ ſpectet ad Iudicẽ ordinarium eccleſiaſticum, ſed tamen illa gl. in hoc cõm. reprobatur, vt dicit Bal. in eo. c. ceterũ. quẽ refert Iac.*
h *in verb. Et dicti vaſalli. poſt nu. 5. ideo tenenda eſt* [h] *contraria op. quod ſ. vtroq; caſu cognitio ſpectet ad dominũ directi quam dicit eſſe commu. Aret. in d. c. ceterum. col. 4. Et poſt*

dali? vide, & dic ut per eundem ibid. num. 18. 19. *Giach.*

g *Ordinarius.*] Hic ſcias, quod iudex ordinarius loci cognoſcit de cauſa feudali, quæ ſit inter extraneos: commune per Venerandum Colleg. Papiæ in reſpon cau. Finari. numero 10. & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Iudex. numer. 55. *Giaab.*

h *Ideo tenenda eſt cõtraria opinio.*] Item quod Iudex ſecularis poſſit cogno-

gnoſcere de remedijs poſſeſſorijs, præſertim retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, crebrior opinio eſt Canoniſtarum, & Legiſtarum, dixi in d. collect. mea d. loco, nu. 66. & ſub nu. 68. *Giach.*

i *Propietatis*] Si vero ſit iudex datus ſuper proprietate ſecus: commune dixi, vt ſupra, numero 8. *Giach.*

k *Iac.*] Adde per eundem in ſuis quæſtionib. feudalib. q. 33. & in l. ſi. connenerit. ff. de iuriſd. omnium iudic. num. 9. vbi dicit hoc notandum. *Giach.*

l *Conſentire.*] Et quod clerici haud poſſunt conſentire in iudicem laicũ, habetur & not. communiter in c. ſi diligenti, & in cap. ſigificaſti, de foro compet. *Giach.*

m *Feudali.*] Hic nota, quod negans ſe vaſallum

*eum Dec. ibi poſt nu. 66. verſ. An autem ſi agatur. Cur. iun. in d. 2. regul. in 6. quæſt. Regulariter enim ille debet eſſe Iudex in cauſa poſſeſſionis, qui eſt*
i *Iudex competẽs in cauſa* [i] *pro pietatis.*

10 *Sed quero, nunquid poterũt vaſalli de feudo litigantes prorogare iuriſditionẽ alterius Iudicis ſine licentia ipſius domini? Reſpon. quod non Ita tenet Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de iudic. & eſt cõmunis opi. vt dicit Alex. in l. 1. §. & poſt operis, nu. 21.*
k *ff. de noui oper. nũcia.* [k] *in verb. Et dicti vaſalli, nu. 32. Curt. iun. in d. 2. regul. in 5. quæſt. Sapia in d. l. 1. nu. 23. ff. de iudic. Maranta in ſuo Speculo, in 4. par. principali in 12. diuiſio nu. 19. Ex quo enim talis iuriſdictio domino eſt à lege ſpecialiter turbata, non poteſt conſenſus partium contra priuilegiũ a iure conceſſum quicquã operari, vt in ſimili dicitur de clericis, qui non poſſunt, atiãſi ve*
l *lint, conſentre* [l] *in Iudicem laicum in præiudicium iuriſdictionis Eccleſiaſticę. Hoc tamen intellge, vt porcedat, quando*
m *cauſa eſt ſuper* [m] *re feudali; ſed ſi eſſet ſuper alia re tunc bene poſſent vaſalli prorogare iuriſditionem alterius domini, non modo ſi eſſent ſimpliciter ſubditi ipſi domino ratione iuriſdictionis, & ſubiectionis, ſed etiam ſi tenerent ab eo feudum. Ita allegatur tenere Bart. in d. §. & poſt operis, nu. 8. & in d. l. 1. num. 4. ff. de iud. quod dictũ Bart. omnes ſequuntur, vt dicit Capic. deciſ. 9. nu. 11.*

11 *Succeſſiue quæro, ſi dominus iudicauit in cauſa feudali*
n *inter ſuos vaſallos vertente, ad quem ſit appellatum* [n] *ad proximiorem dominum, qui ſit ſuperior illius feudi, & ſi deinde etiam a proximiore domino, qui ſit ſuperior illius feudi, contingat appellari, erit appellandum ad dominum magis ſuperiorem. Ita ſentit Io. Raynut. in rep. cap. Imperialem, §. prẽterea ſi inter. de prohib. feud. alien. per Frider. & eſt communis concluſio Doct. vt dicit Curt. iun. in dict. 7. par. in 2. reg. quæſt. 11.*

perdit ius, quod habet, per Iaſ. in præl. feud. col. 19. in fin. *Giach.*

n *Ad quem ſit appellatum.*] Ad idem vide per Iacob. de fend. verb. & dicti vaſalli, nu. 36. vbi etiã an debeant ſeruari tempora à iure communi præfixa tam ad appellandum, quam ad proſequendum appellationem: & vide in fin. *Giach.*

## QVAESTIO XCI.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Tempora appellationum ſtatuta a iure communi an ſint etiam ſeruanda in cauſis feudalibus.*

Ex Additionibus.

1 *Tempora appellationibus iure communi definita, obſeruanda. ſuut etiam controuerſijs feudalibus.*
2 *Nullitatis iudex idem in feudalibus, qui in alijs.*

### ADDITIONES.

a
1 AN *tempora appellationum ſtatuta à iure communi ſint etiam ſeruanda in cauſis feudalibus.*] Quoniam † iure feudali appellationnibus alia tempora definita non ſunt: ea, quæ iure communi ſunt introducta, obſeruanda veniunt. Ita, præter Clarum hoc loco noſtrum, tradunt Andreas de Iſernia, Beluiſ. Aluarot. Laudenſ. Præpoſit. Rauenn. Alſlic. Schenck Baro, Balzaran. & alij in cap. 1. §. fin. quo tempore miles inueſturam pet. deb. tit. 22. lib. 1. F. Mozzius de naturalibus. feud. num. 127. verſ. amplia, vt ordo iudicarius, &c. Mynſingerus centur. 5. obſeru. 5. num. 5. Hartman. Hartmanni obſeru. 25. in fin. de appellat. titul. 17. libr. 2. Atque ita in iudicio Cameræ Imperialis ſæpe obtinuiſſe, teſtatur Fichardus in addit. ad. Villalob. litt. F. numer. 28. eumque referens Vult. libr. 2. de feud. capitul. 3. numer. 5.

2 Sed † & nullitatis iudex idem hic erit, qui iure ciuili, nempe vel is, qui ſententiam tulit, vel iudex appellationis, docente Henrico à Roſenthal. in tract. iuris feudal. cap. 12. concluſio. 20. num. 15. *Harprec.*

b *Ius commune.*] Probatur. Nam vbi in materia feudali occurrit caſus non deciſus in conſtitutionibus feudorum, debemus ſtare diſpoſitioni iuris communis, §. ſtrenuus, qui eſt tex. not. de feud. cogni. Item alia ratione, quia id, quod non mutatur, ſtare minime prohibetur, vt habetur in l. ſancimus, C. de teſtam. & in l. præcipimus in fin. C. de appellat. & eſt gloſſ. in l. ſi quis, C. de Epiſcopal. aud. cum ſimilibus de quibus per Oſaſc. deciſ. 31. num. 4. Facit tertio iſtud. Nam vbi aliquid haud eſt determinatum lege, ad officium ius dicentis eſt reccurrendum, l. 1. ff. de iure deliber. cum ſimilib. & iudex regulari debet, & eſſe conformis iuri communi: non autem nec durior, nec clementior lege §. oportet in Auth. de iudicib. Et iudicis officium eſt in admittendo, vel reijcendo adpellationem coram ſe factam, & interpoſitam; habetur per Bruual. in Rubr. de prouoca. & appellatio. numer. 10. Igitur ſeruandum eſt ius commune appellationum. *Giach.*

### QVÆST. XCI.

1
a QVæro, an tempora appellationum [a] ſtatuta à iure communi ſint etiam ſeruanda in cauſis feudalibus. Reſpon. quod ſic. Et eſt communis concluſio Doctor. vt dicit Curt. iun. de feud. in ſeptima parte, in 2. regul. quæſt. 13. Vbi enim non reperitur aliquid ſpecialiter in feudis conſtitutum, ſem-
b per ſeruandum [b] eſt ius commune.

Finis Practicæ Ciuilis.

# CONSILIA SIVE

## Reſponſa duo celeberrima, D. HIERONYMI GIACHARII

Præſtantiſſimi Iuriſconſulti Lugienſis.

*QVORVM PRIMVM SYNDICATVS, Alterum verò Monetæ Marchiſanæ materiam complectitur.*

Summo ingenij acumine elaborata.

DE CONSENSV SVPERIORVM, ET PRIVILEGIIS.

VENETIIS, M DC XL.

Ex Typographia Baretiana.